

AUGVSTINI  
**BARBOSÆ**

I.V.D. LVSITANI,  
PROTONOTARII APOSTOLICÆ  
& Sacre Congregationis Indicij Consultoris,

*COLLECTANEA*

Ex Doctoribus tum priscis, tum neotericis

*In CODICEM Justiniani.*

**TOMVS PRIMVS**

**TRES LIBROS PRIORES CODICIS CONTINET,**

Cum Summarij, & sex Indicibus, I. & II. Titularum, III. Legum, IV. Authenticarum,  
V. Legum incidenter discussarum, VI. Rerum & verborum notabilium.

*Opus tam in scholis, quam in foro versansibus apprime necessarium, ac utilissimum.*

*PRODIT NVNC PRIMVM*



LUGDVNI.

Sumptibus GABRIELIS BOISSAT, & Sociorum.

*Don Sebastian Lemos* M. D. C. XXXVII.  
*Am DM PRIVILEGIO REGIS.*



Regi Regum,  
ET  
**D O M I N O**  
**DOMINANTIVM,**  
**A V G V S T I N V S B A R B O S A**

*D. D. D.*



VI potius quam tibi, (SAPIENTISSIME LEGISLATOR, ET SYMMETRVM OMNIVM ARBITER,) has meas in Iustinianum Codicem elucubrationes, & primum Collectaneorum volumen offeram, cum a te omnis vera iuris notitia deriuetur. AEQUIUSNE ALIQUID esse potest, quam ut radij ad suum Sollem, stillæ ad riuos, riui & aquarum diuortia ad fluuium, fluuij denique ad fontes, imò fontes & scaturigines ad Oceanum tanquam ad primam scatebram reuocentur? vt tu Salomonis verbis nos admones, *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, unde exiunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant.* Tu, scilicet, SUPREME RERVM OMNIVM PARENTES, legem æternam, id est, primigeniam in ipsâ æternitatis immensitate & ante omnia temporum spatia mente complexus es, & illam ipsam tunc longè illustriùs promulgasti, vt cum Angelico Doctore loquar, quam postea in Sinæ & fumanti Orebì vertice repetito tonitruorum fragore, & inter-

\* 3 mican



# COLLECTANEA DOCTORVM

## In Codicem IUSTINIANI.

IN SUPERSCRIPTIONEM, ET PROOEMIVM.

### S U M M A R I V M .

- 1 Nomen Domini in principio cuiusque rei invocandum.
- 2 Cura diuini Nomini presidium nihil quicquam moliri possumus.
- 3 Initium bonum sequitur ex invocatione domini nominis.
- 4 Reges Catholicæ Dei gratia regna sua promovere proficerunt.
- 5 Utile quam sit in principio cuiusque rei invocare dominum Nomen, seu nomen Domini.
- 6 Imperator vocatur Dominus.
- 7 Domini nomen est nomen superioritatis, & proprium Principium.
- 8 Imperatores plures nomine Domini vocari alios prohibuerunt.
- 9 Ottavianus Augustus prohibuit ne dominum appellaretur.
- 10 Dominus dicitur Hispanice, & Gallice Señor, & particula senior.
- 11 Philippus II. pro Regis Castella, Legionis, & Lusitanie legem statua super illis, qui dominum appellari possent.
- 12 Verbum Domini in Hispania, unde originem duxerit.
- 13 Iustinianus cur sic dicitur, & à qua familia originem duxerit.
- 14 Augustus dico batitur Iustinianus, eo quod illi Deus omnia preferre pollicebatur felicibus augurijs, & signis.
- 15 Codex cur ita dicatur.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi, &c. ] Preclarè Iustinianus in principiis hic, & in anti. de armis, in princ. collat. & nomine Domini invocatur, quia, ut recte nos habet Apost. ad Colossem. cap. 5. Omnes quoscumque facient in verbo, non in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi faciunt, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, in gloriam namq; Dei omnia persagenda sunt, ut idem Apollonus nos admonet, i. ad Corinthe. 10. Barbus. Collet. in Cod. Tom. I.

aliter enim circa dictum Nominis presidium nihil quicquam moliri possumus, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum defensum est, ut sit S. Iacobus epist. 1. tum etiam, quia omnis cunctum principium debet referri ad principium, quod est ipsius causa, & maximè ad principium, quod est prima causa causarum, sicut est Deus, ut tradit Bald. in hoc praecepto. num. 1. præsertim quia ex invocatione diuini nominis bonum sequitur initium, melius medicum, optimus finis. & nos igitur, in antebut. quoniam deo oport. Episcop. gloss. verbo in nomine in antebut. de hered. & falcid. Quamobrem prudenter Serenissimi Portugalie Reges huius religiose institutionis meores suis titulis prefigunt, Philippus Dei gratia Rex Portugalia, &c. Iei imperij gloriam omnipotenti Deo tribuentes palam Christiani pietate ab eo sui impensis lora accipere prohidentes, iuxta D. Pauli testimonium i. ad Corinthe. 15. *Gratia Dei sum id quod sum.* Denique quam utile sit in principio cuiusque rei invocare diuinum Nomen, seu nomine Domini, tradunt Confratres noster Iohannes Vallensis Peixotus super reper. Signori de Hommedois ad rubr. infra qui admitt. num. 7. Mozz. de contratrib. se. quoniam contra dictum desigat, num. 27. cum multis seqq. Sebas. Medicis in tract. de definitiis. p. 1. num. 14. Fr. Paulin. Berri Lucen. in præcepto crimin. Regul. tit. 4. in princ. num. 6. Stephan. Gratian. Marchia decis. 1. & num. 1. Iar. & eleganter Cald. Perpetua de empione, & venditu. cap. 1. à princ. p. usque ad num. 16. resoluientes non esse de substantia instrumenti invocationem diuini nominis; & responder Stephan. Gratian. d. decis. 1. num. 9. Iustinianum in praesenti, & in I. 1. de veteri iure cruci, & in I. *Deo nōm.* C. de Episcop. & clericis, cum similibus, in quibus habentur tunc incipiendo ab invocatione diuini nominis, procedere de consilio, non autem de præcepto.

**D**omini. ] Ergo Imperator vocatur Dominus, 1. proxime, ibi, rogots *Domine Imperator, audi et me parere*, ff. debitis, que in testamento delentur, ac Bartolus Iustinianum Imperatorem Dominum appellat in praesenti, num. 7. Nam hoc nomen Domini est nostra superioritas, ut colligitur ex anti. habita, ad fin. infra ne filii pro parte, & ex cap. grauem, de excessu fib. Prelat. & tradit Gonzal. ad reg. S. Cancr. gloss. 1. num. 27. ac proinde proprium est Principis, & Su-

A. periorum,